



The following document is part of a Dulwich Society project to digitise, transcribe and translate the Dulwich Manorial Court Rolls. They begin in 1333 and continue, with some breaks, to 1908.

For more details of the original court rolls and other documents please go to <https://www.dulwichsociety.com/courtrolls/>

Text in **red**, apart from modern notes by the transcriber, indicates text missing from, or entirely illegible in, the original Roll.

Text in various shades of **grey** indicates text which, in the original Roll, is to a greater or lesser extent difficult to decipher.

Text in **green** indicates letters missed out of the original text, usually in commonly found abbreviations.

Otherwise, all contemporaneous text is in **black**, except for presumed later additions which are indicated in **brown** or **blue**.

ℒ.1.

Dulwich

Vissus Franci plegii cum prima Curia barronis Frauncisci Calton Armigeri ibidem tenta Die Sabati videlicet vicesimo secundo Die Octobris Anno regni Domine nostre Regine Elizabethae Dei gracia Anglie Frauncie et Hibernie fidei Defensoris &c. vicesimo octavo per Johannem Kytchin Armiger Senescallum ibidem

Essonia Decennarii Robertus Kynsman xpoferus Heath Willelmus[sic, ?Walter] Bone Henricus Jackson, Johannes Fearinge. Johannes Badger Junior, Ricardus Watford Thomas Hamon . Johannes Hamon, Willelmus Hamon, Thomas Ambler Sunt Decennarii infra precinctum Vissus Franci plegii et essoniauerunt --- ---

Juratores	Elizeus Parrye	} Jurati	Johannes Heathe	} Jurati	Johannes Staple	} Jurati	Xpoferus Curson	} Jurati
	Rogerus Hamon		Thomas Shott		Nicholaus Foster		Thomas Warde	
	Henricus Mathie		Thomas Fearinge		Johannes Lewys		Johannes Bone	
	Johannes Shott		Henricus Hunter		Johannes Mason		Salomon Sergeant	

Communis finis est annuitim- iiij<sup>s</sup> In primis Dicunt super sacramentum suum, Quod Communis finis huius Manerij est annuatim ----- iiij<sup>s</sup> Solvendus ad Vissus Fraunci plegii tentam infra mensem Sancti Michaelis Et modo solutus est per Capitales plegii

Decennarii qui fecerunt defaultam Item Dicunt quod Walterus Bone Johannes Bedell Robertus Lewys Johannes Hale Thomas Salter Thomas Claye Robertus Morris Willelmus London, Ricardus Claye Henricus Curson Gabriel Shorrye Johannes Lewys Johannes Cassenger xpoferus Cassenger Henricus Shott, Willelmus Newett Robertus Badger Junior, serviens Roberti Kynsman, Serviens Dalton, Sunt Decennarii infra precinctum Vissus Fraunci plegii, et ad hunc Diem fecerunt Defaultam Ideo quilibet eorum in misericordia Domini ----- ijd.

Misericordia Item Dicunt quod seps Roberti Scott non [blank] secundum ordinacionem inde ad ultimam Curiam factam

	Ideo ipse in misericordia Domini ----- xs.
Misericordia	<b>Item</b> Dicunt quod Dictus Robertus Scott scidit Dumos vocatos Furses infra Libertatem huius manerij Ideo ipse in misericordia Domini ----- vs.
Misericordia	<b>Item</b> Dicunt quod Walterus Bone et Johannes Hall non operabantur in regiis vicjs cum Carucis suis in anno iam Ultime preterito, secundum formam Statutis in huiusmodo casu editi et provisi Ideo Uterque eorum in misericordia ----- xs.
Jurati in legianciam Domine Regine	<b>Item</b> Dicunt quod Johannes Mathewe Thomas Cranfeild Robertus Badger et Henricus Shott Sunt etatis Duodecem annorum et amplius, et remanserunt infra Dominium istud per spacium unius anni et unius Diei et amplius et Jurati [sunt] in Legianciam Domine Regine ---/ ---/
Pena posita	<b>In primis</b> Ordinatum est quod Johannes Hall emendaret concavum suum vocatum his sluce ante festum Pasche proximum Sub pena forisfaciendi Domino ----- vs.
Pena	<b>Item</b> Ordinatum est quod Nicholas Foster recte constitueret sepem suam incrociatum super vastum Domini Ante festum Annunciacionis Domine proximum Sub pena forisfaciendi Domino pro qualibet Virgata ----- xijd.
Pena	<b>Item</b> Ordinatum est quod Seps inter terram Henrici Mathewe, et Thome Becke alias Gyles in le napps recte constitueret ante festum Sancti Michaelis Archangeli proximum Sub pena forisfaciendi Domino pro qualibet Virgata ----- xijd.
Pena	<b>Item</b> Ordinatum est quod Johannes Staple escoraret partem suam de Newlandes Diche ante festum Penticoste proximum. Sub pena forisfaciendi Domino ----- v <sup>s</sup> .
Pena	<b>Item</b> Ordinatum est quod Thomas Wyghtman escorari faciat fossatum suum De Bornes ante festum sancti Johannis Baptiste proximum. Sub pena forisfaciendi Domino pro qualibet Virgata ----- iiijd.
Pena	<b>Item</b> Ordinatum est quod Rogerus Hamond escoraret fossatum suum adiacentem terram Thome Wyghtman [ante]

predictum festum sancti Johannis Bapptiste[sic] proximum. Sub pena forisfaciendi Domino pro qualibet Virgata -----iij<sup>d</sup>.

Constabularius Rogerus Hamond ellectus est in officio predicto pro hoc anno et Juratus est

Capitales plegii Johannes Staple et Johannes Hall ellecti sunt in officio predicto pro hoc anno et Jurati sunt

Gustator servicie Willielmus Fletcher ellectus est in officio predicto pro hoc anno et Juratus est

## Modo de Curia barronis

Essonia tenentis Thomas Calton est tenens Customarius huius Manerij et essoniatus est

Tenentes quic  
fecerunt defaltam

**In primis** Dicunt super sacramentum suum quod Petrus Marshe generosus . heredes Henrici Knight Thomas Claye et Nicholaus Frend . Sunt tenentes Curie, et Debent sectam Curie et Debent sectam Curie[sic] et ad hunc Diem fecerunt Defaltam Ideo quilibet eorum in misericordia Domini ----- ijd.

**Item** Dicunt quod Benedicta Fromans Vidua que Seisita fuerat sibi et heredibus suis per Copiam Rotulorum Curie, De et in septem acris terre in tribus parcellis Jacentibus infra Manerium istud Necnon De et in tribus acris terre Jacentibus eciam infra manerium istud iuxta Gaskoyns pytt Ac eciam De et in quatuor acris terre Jacentibus in le Apps infra manerium istud, Obijt inde seisitus Et quod per Consuetudinem huius Manerij premissa predicta Descendunt et Descendere Debent cuidam Francisco Fromans filio Juniori Dicte Benedicte, unde accidit Domino De harrieto Due vacche precij ----- iij<sup>ei</sup> iij<sup>s</sup> iij<sup>d</sup>. Qui quidem Franciscus presens hic in Curia, petit se ad omnia et singula premissa predicta cum pertinencijs admitti . Cui Dominus per senescallum suum concessit inde seisinam per virgam . Habendum et tenendum eidem Francisco heredibus et assignatoribus suis De Domino per virgam, ad voluntatem Domini secundum Consuetudinem Manerij per redditus per annum -----v<sup>s</sup> Et harrietable cum acciderit, Et alia servicia inde prius Debita et consueta, Et dictus Franciscus Dedit Domino De fine pro ingressu suo ----- Iij<sup>s</sup> iij<sup>d</sup>.

Admissio Francisci

Fromans

Et fecit domino fidelitatem et admissus est inde tenens

Admissio Thome  
Crofte

**Item** Dicunt quod Joh<sup>annes</sup> Crofte qui de Domino tenuit sibi et heredibus suis secundum Consuetudinem huius Manerij unum Messuagium sive tenementum et Tresdecim acras terre cum pertinenciis in tenura Johannis Bedell vel assignatorum suorum Ac unum Cotagium cum pertinenciis in tenura Roberti Kynsman Citra ultimam Curiam obiit inde seisisus Et quod predictum Messuagium, Ac omnia et singula premissa predicta Descendunt et Descendere Debent Thome Croft filio dicti Johannis, Et quod accidit domino de harrietto per mortem dicti Johannis – v<sup>s</sup> vjd quia nullum habuit animal tempore mortis sue. Qui quidem Thomas presens hic in Curia petit se ad predictum Messuagium ac omnia et singula premissa predicta cum pertinenciis admitti . Cui Dominus per senescallum suum inde concessit seisinam per virgam. habendum et tenendum eidem Thome heredibus et assignatibus suis De Domino per virgam Ad voluntatem Domini secundum Consuetudinem Manerij per redditus per annum --v<sup>s</sup> vjd Et harrietable cum acciderit, Et alia servicia inde prius Debita et consueta. Et Dedit Domino De fine ----- x<sup>xi</sup> Et fecit Domino fidelitatem, Et admissus est inde tenens .

**Item** Dicunt quod Ricardus Wryght fuit seisisus secundum Consuetudinem huius manerij De et in Uno Messuagio et quindecim acris terre iacentibus infra Manerium istud. Et obiit inde seisisus, Post cuius mortem premissa predicta Descendunt et Descendere Debent secundum Consuetudinem huius Manerij Katerine uxori Thome Ward, Elizabethae, Agneti, Marie, et Ellene Wryght Ut filiabus et coheredibus predicti Ricardi. Et quod accidit Domino harrietus preantea solutus. Et Ulterius Dicunt quod predicta Elizabetha citra Ultimam Curiam obiit Et quod per mortem predictae Elizabethae quinta pars premissorum predictorum Descendit prefate Katerine Agneti Marie et Ellene ut sororibus Dicte Elizabethae Et modo ad hanc Curiam venit predicta Agnes et petit admitti, tam ad quintam partem premissorum predictorum que sibi accidit per mortem predicti Ricardi patris sui, Quam ad predictam quartam partem quintae partis premissorum predictorum que sibi accidit per mortem predictae Elizabethae . Cui Dominus per senescallum suum concessit inde seisinam per virgam . Habendum et tenendum eidem Agneti heredibus et assignatibus suis De Domino per virgam Ad voluntatem Domini secundum Consuetudinem Manerij predicti

Admissio Agnetis per redditus per annum --xvj<sup>d</sup> Et alia servicia inde prius Debita et consueta. Et Dicta Agnes Dedit Domino De Wright fine ---xx<sup>s</sup> Et fecit Domino fidelitatem, Et admissa est inde tenens .

Plus huius Curie patet De Dorso istius Rotule

[End of J10 [previously L1] (recto). L1 (verso) continues below.]

Roll J10 [previously L1] (verso) [Saturday] 22 Oct 1586 (continued)

L1v

**Item** ad hanc Curiam venerunt Thomas Ward et Katerina uxor eius una filiarum predicti Ricardi Wright et petit se admitti ad quartam partem quintae partis predicti Messuagii et quindecim acrarum terre que sibi accidit per et post mortem predictae Elizabethae sororis sue . Cui Dominus per senescallum suum concessit inde seisinam per virgam Habendum et tenendum predictam quartam partem quintae partis Messuagii et premissorum predictorum prefate Katerine heredibus et assignatibus suis De Domino per virgam Ad voluntatem Domini secundum Consuetudinem Manerij per redditus servicia et Consuetudines inde Debita et consueta Et harrietabile cum acciderit, Et ad hanc Curiam Dicti Thomas et Katerina Dederunt Domino De fine pro ingressu Dicitae Katerinae----vij<sup>s</sup> Et Dictus Thomas fecit Domino fidelitatem, Et dicta Katerina admissa est inde tenens .

finis ----vij s

**Item** ad hanc hanc[sic] Curiam venit Edmundus Bowyer armiger et petit admitti ad undecem acras terre Jacentes apud Howlettes bridge cum pertinentiis Quas Thomas Ode tenens Customarius huius Manerij Ad Curiam tentam infra Manerium istud Undecimo Die Aprilis Anno regni Domine Regine nunc vicesimo quarto Sursumreddidit Ad opus et Usum prefati Edmundi Bowyer heredum et

finis soluta -----ij li

assignatorum suorum prout per Rotulum Curie gerentem Datum eodem Undecimo Die Aprilis plenius apparet  
Ac de quibus Elizabetha Ode nuper uxor predicti Thome Ode postea videlicet post mortem predicti  
Thome Sursumreddidit remisit et relaxavit in manus Domine adtunc Manerii predicti, extra  
Curiam per manus Christoferi Curson et Thome Warde Duorum Customariorum tenentium huius  
Manerij secundum Consuetudinem istius Manerij, Totum Jus, titulum, statum, Clameum Interesse et  
Demandam Ad opus et usum prefati Edmundi Bowyer heredum et assignatorum suorum imperpetuum ,  
prout per Rotulum Curie gerentem Datum vicesimo sexto Die Octobris Anno regni Domine nostre Regine  
nunc supradicte vicesimo sexto plenius eciam apparet . Cui quidem Edmundum presentum  
hic in Curia Dominus per Senescallum suum predictum, concessit de predictis undecem acris terre  
cum pertinentiis seisinam per virgam. Habendum et tenendum eidem Edmundo heredibus et assignatibus suis  
secundum formam sursumreddicionis predictae, De Domino per virgam . Ad voluntatem Domini secundum Consuetudinem  
Manerij , per redditus servicia et Consuetudines inde ab antiquo Debita et consueta, ac harrietable cum  
acciderit . Et ad hanc Curiam Dicitus Edmundus Dedit Domino de fine pro ingressu suo tres Libras  
Et fecit Domino fidelitatem . Et admissus est inde tenens--- --- .

executus per me Johannem Kytchyn Senescallum

Afferati Curie per Elizeum Parrye et  
Christopherum Curson }

[End of J10 [previously L1] (verso), apart from, at the bottom :]

Dulwich Courte

Rolle 1586

[End of J10 [previously L1].]